primos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis Villenensis sibi non
recipiendo nullasque venas appellationes earumque prosequentes faciendo ac pro-
missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis ex assignatis suspensionibus
fatalibus juris praesentis Terrestri bello conventionesque tum aliis quibusvis
juris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesentia personali
recognitione ad praemissa omnia mediante.

Roznowie Coniuges Tutores assignat.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensis Capitaneatus Pre-
misliensis Generosi Albrachtus Rozen et Zophia de Baranowo Con-
iuges Legitimi Maritus quidem solus per se Coniunx vero cum eiusdem Ma-
riti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascriptam
recognoscenda consensu. Sani mentibus et corporibus existentes a Terre-
stris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensis Premisliensis quoad
Actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis generalibus
totaliter et plenarie incorporantibus atque subiiciendo palam libere publice ac
per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse
recognoscit. Quia ipsi mortalitatis suae conscii consultuque incupientes
Liberis suis Generosis videlicet Joanni Stanislao Francisco
et Annae secum progenitis et in posterum divina favente clemen-
tia procreandis Hec non bonis suis omnibus morte sua derelin-
quendis Magnificum Joannem Lowicki Castellanum Inowla-
dislaviensem et Generosos Joannem de Pleszowice Fredro Judicem
Terrae Premisliensis Hermolaum Tyrawski Wszeborium Jaszowski
et Andrianum Stoinacki in Tutores Protectores defensores ac
bonorum administratores eligunt faciunt constituunt et or-
dinant praesentibus Dantes et concedentes eisdem Tutoribus
suis praesentibus institutis plenariam facultatem et absolutam
potestatem praefatos filios et filiam suos aliosque liberos in poste-
rum procreandos post mortem sui in Religione Ritus Romani
Ecclesiae Catholicae Orthodoxae ingenue educandi bonis moribus

imbuendi filiam praedictam in matrimonium vel Religionem tradendi
Dotem ipsi competentem de bonis morte sua derelinquendis
assignandi bona sua morte sua derelinquenda administrandi
regendi gubernandi omniaque munia et officia veris Tutoribus
incumbentia peragendi et exercendi. Recognoscuntque praesentem ad praemissa
mediante. 623

Woinowski Generosus Socha Cedit.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premysliensis
personaliter comparens Nobilis Thomas Woynowski olim
Nobilis Gaspari Woynowski Filius et olim Rendi Joan-
nis Woynowski Plebani Rudecensis Filiaster germanus et
successor unicus sanus mente et corpore exsistens a Terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premy-
sliensis Jurisdictioni secum successoribus ac bonis suis generalibus
omnibus quoad Actum hunc attinet totaliter et plenarie
incorporantibus atque subiiciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognovit, quia ipse de omni et integro Jure suo vel
de Inscriptione astrensi et per transportationem Terrestri
Sanocensis per olim Generosum Stanislaum Tarnawski Te-
xillifer Terrae Sanocensis super summam Quingentorum
florenorum pecuniae Polonicalis Nobilibus Alberto Krulik et An-
nae Coniugibus modo debiti sub dandas Intromissione in
bona videlicet tres Methones possessionatos unum Lazur Pa-
koszka secundum Tymko Kullenko tertio Anato Iszko-
wiat in villa Wherce Dictus Sanocensis consistentes in defe-
ctu solutionis summae praefatae pro tempore et loco praedicta In-
scriptione assignatae facta et recognita, tandem per suo
praescriptos Krulik Coniuges in personam olim Generosi Ga-
spari Stanislawski Succamerarii Terrae Sanocensis Inscriptione
Terrestri Premysliensis transfusa post eiusque decessum in Ge-
nerosos Sigismundum et Michaelem Stanislawskie Filios
eius devoluta, Postmodum per praefatos Stanislawskie Re-
verendo olim Joanni Woynowski ipsique posteri Actis Terre-
stribus Premysliensibus cessa in ipsumque Recognitum uti Filiastrum

germanum